

Cordioides umbone latiore laves cardinibus distinctis ex uno latere spinâ altâ, aceminente præsertim in suo principio, et acuminatâ, duabusque apophysibus subrotundis ex uno latere una stipatâ donati, quæ spinâ inter duos cardines notabiliter eminentes, et inter se divisa cavitatem profundam oblongam in altero umbonis latere quoque exsulctam efformantes, per hanc cavitatem, ulterius præparatur, è qua tandem emergens iterum sâle extollit, et ad imum usque ipsius Conchitis producitur, ubi cum præcedente spinâ per medium alterius lateris excurrere anitur, et sic totum Conchis emingit, in summitate seu extremitate sua brevissimis striis, seu potius crispaturis inscripta; unde fortè non incongrue Cordioides umbone latiore laves spinatâ dicendi: cinerei Deutenes è pago mediâ leucâ distante à Gutenberg, prope Castellâs.



Idem sed flavescens coloris, et cavitare inter duos cardines lita aliquantâ materiâ lapideâ repletâ: ex eodem loco.

